

1978

L
1504



Christiana

Senon

S. A. 9. A 34

no 15

Script. Rom. in Quarto
N. 20.

~~II. 26 26~~

Verlag:
Amt für Volkshilfs-
wesen:
Volkshilfsvereine

univentuerunt xp an aoru
ē cum quom fidelis habitare
r hunc nō dymit de fidi of

epic an omice p quāt 7 Si in uenā fūit se
penē. Ecce quib; oculis nūb; trefificātib;
barmāda sit nāngūmōp; quā dūo quū q

si. 10 p o i e t. p r u o t q u o m m i t t i a n t
m i s o r a t i ō m i s i r e. S i q u i s
p r e t e r a r i o a u s u i n d e f u n e

...hunc ergo dicitur...

...sacramentum...

...item dicitur...

14

P



III

P



ORATIO ABBATISSAE OTTONIS
Beckman Quarbergij ad patres cōscriptos et pubē Aca-
demie Vuitenbergensis in laudes sanctissime Parthenice
Catharine socius rei litterarie deę Tutelarıs : Habita
XX iij. Nouembris. Anno M. D. X.

AD LECTOREM Distichon.
Costidis en duras lector cognoscere pugnas
Si velit, hoc nostrū sepe reuoluat opus.



[Handwritten signature and date]
Anno



Ornatissimis doctissimisque viris Henningo Boden Artium
ac Utriusque Juris doctori consultissimo Sacre edis Untten
bergi. Preposito Juridice facultatis ordinario et decano et
Joanni Nostupperheide Preposito Salsariensi et Magistro
Joanni Thus Quartbergeni Ecclesie diui Stephani Mag-
guntinensi. Cantori et Canonico dominus obseruandissimis Otto
Beckman Quartbergius S. P. D.

Lucretius

Boetii di-

Orosius

Periander

Hesiodus

¶ **SOLENT** plerumque (viri humanissimi) qui noui aliquid
in publicum edunt aut e maioribus fontibus passim colligunt Flo-
riferis ut apes in saltibus omnia libant patronos deligere quo-
rum autoritate presidio et patrocinio res ipsa: antequam emittat:
etiam si parum habeat eruditionis: probatumiri possit: tuncque per-
uagari inter edacia liuoris tela: que ab optimo quoque longe
relegata esse debent Est enim optimi viri illud nullis moribus
obfuscari imprimis quod ad communem legentium utilitatem scriptum
est: etiam si nullus orationis splendor verborumque copia rem poli-
torem cultioremque reddant Que duo sepenitro ita legentium
animos et capiunt et oblectant: ut etiam plus verba ipsa quam rem
considerent lectores Sed nequit inuidia virtuti parcere et si
vtrumque et orationis splendor et rei utilitas: in promptu sint Solent
enim liuidi omnia vicioso oculo contempleri quorum inuidia adeo
captum animum obliquat ut rectum natura: non videant Attamen
inuidia hec virtutis comes est et bonos plerumque insequitur Nullam
enim unquam virtutem inuidia caruisse philosophi putant Et
profecto male cum eo agitur cui nullus inuidet cum forte infelicis-
simus et omnium miserrimus sit Equanimiter idcirco ferenda
est inuidorum dicacitas qui de proprii ingenij tenebris diffidentes
alios detrahendo obloquendoque lacessere consueverunt Sed
quanto magis inuident tanto maiorum sunt causa bonorum inuiso-
rumque alacriorem ad virtutem (propter quam inuident) faciunt. Recte
itaque Hesiodum dixisse ferunt hoc solum pulchrum in liuore esse quod
animam illius in quo est conterit et in auctorem ipsum tela retorquet
Que cum ita sint (viri optimi) non potuerunt me inuidorum latratibus
ab instituto meo (quo minus hanc lucubratiunculam in lucem
darem) submouere maxime cum amplitudinum vestra autoritate
quibus hanc oratiunculam nuncupatim dedico: prima fronte pu-
tabit forte aliquid ponderis: et viro docto dignum in se continere

78 L 1504



Ag
15/6

157

2
Quis ab utrisque sit quæ altissima: tamen precipue doctissime
Wenninge (qui nostracia hec tibi iucundissima auditu fuisse
dixisti) tuo felici nomine omnia comprobabunt. Et nemo vir bo-
nus studiū nostrū improbare potest: cū hec nra oraciūcula non
viris ex omni parte perfectis sed scholasticis ingenis discipli-
nis et phie deditis dicta sit et iam ere excusa ut lectioe historie
potius quā orōnis (cū nullā vim habeat) ad diuā Catharinā:
phie fontem uberrimū: et Academie nostre tutelarem deam:
excolendam venarandāque feruētiōres et ad rem diuinā ppens-
siores reddant. Vestre itaque amplitudines institutū nostrum
boni consulant et nihil liuida osorū tela aduersus me machis-
nabunt. Valete felices in Lumea secula. Datū Tuitteberge
ex edibus nostris xxiiij: Nouembri Anno a reconciliata di-
uinitate decimo supra Millesimū quingentesimū.

¶ Eximio viro Henrico de Henne Quartbergeñ
artiū phie ac veriusque iuris interpreti consultissimo
et Canonico Confluenciano Otho Beckman.

Salve celestes penetras qui nomine sedes
Henrice o patrie primicialis honos
Has nostras blando relegas peto murmure nugas
Et tibi sit cure certus Othonis amor
Qui te suspirat. cupit et te cernere coram
Et tecum dulces cōmemorare sales
Qui prius in tenues remeet quā spiritus auras
Vult tecum patriam visere sepe solum
Tunc mihi Phoebus eris sacrarū et Sceuola legū
Te mihi nil solo charius esse potest
Dulcius est mihi nil celos et sydera testos
Dij faciant vnū nos habitare locum.

¶ Hermanno Trippenmeker Secretario
Quartbergeñ.

Hec Hermanne legas nostri pars altera cordis
Ut subeam mentem sepius ipse tuam

¶ D. Conrado de zipper Officiali Curie Padeborn.
Tu nostro primas retines qui pectore sedes
Conrade et nugas pellege queso meas. El ij

ORATIO OTHONIS BECKMAN
Vuartbergii in Preconia sanctissimæ
Parthenices
CATHARINE.

Ellem viri Vuittenburgenses vndecūq; doctissimi mihi: in hac splendidissima uestracorona de re sanctissima uerba facturo: ea daretur dicendi suauitas qua in laudib⁹ Helenes Isocratē & phūm & oratorē clarissimū usum ferūt / qui & si cuiusdā Theodori tiliarū opificis filius fuerit omnē tamē dicendi ornatum sectatus est in laudanda Tyndaride per totū passim orbē Veneris iudicio pulcherrima / & ita quidē sectatus ē ut si Helene a diis immortalibus formæ munus: & pulchritudinis dona nō accepisset sola tamē Isocratis oratione & pulcherrima & elegantissima videri potuisset Vellem igit in quā ea dicendi suauitas daretur / quo iuxta morem (a tpe conditi diuersorii litterarii quotannis sanctissime obseruatū) delibare possem preconia Beatissimæ Oratricis Academiae nræ deæ tutelaris omniūq; philosophantium asili Catharinæ virginis fœminei pudoris vnice phenicis quā pater rerū omni decorauit pulchritudine ut ea nihil pulchrius absoluciusq; creari potuisset Quare cōpatiōe reiecta Isocratis nugis diua nrā nō vult ornari: cum non modo corporis dotibus: q̄ fluxe sunt: verū etiā animi bonis sempiternis nō Cythereæ nō Charitū sed eterni pris vnice sobolis iudicio inter reliquas spōsas pulcherrima habita sit Et tante virginis dicere laudes predicatoremq; meritorū esse pulcherrimū duco Sed profecto terret me rei magnitudo Terret diuæ hui⁹ incompatibilis sanctitas Terret deniq; seuissimi Maxēcii atrocitas: econtra virginis insupabile pectus quæ omnia pleniori ore dicēda essēt Sed quia non semp Demosthenes Cicerones Crassos & Isocrates audire possumus & Parthenice sanctissima (supra humanas sortes eleuata inter sydereas deas post Saluatoris matrē facile princeps) nec nugis nrīs minui: nec etiā orōne nrā maior reddi pōt / & in magnis (ut aiunt)

3
uoluisse satis est Quāobrē Nicolaus Ampstorffius theo-
logus & phōrū magistratus / quē decanū dicūt / quo ho-
mine in gymnasio Lipczeni collega Hic uero & amico
& preceptore semp sum vsus familiarissime me ut id mu-
neris & dicendi prouinciā assumerē facile impellere po-
tuit eo q̄ nō oratorē sed concionatorē acturus sum An-
teq̄ ramē institutū n̄m aggrediar his versiculis virginis
numen uocare opepretiū putauī.

Tu quæ sydereas superas Catharina puellas

Sis facilis precibus virgo uocata meis

Tu mihi numen eris ualeant permessydos vndæ

Sis facilis precibus virgo uocata meis

Parnassi collis ualeatq; intonsus Apollo

Sis facilis precibus virgo uocata meis

Vos Musæ a uotis procul hinc discedite n̄ris

Sis facilis precibus virgo uocata meis

Sis facilis precibus Lageo sanguine creta

Quo memorem laudes candida virgo tuas

Diiq; deæq; omnes uestra hic nil numina possunt

Virgo faue ceptis intemerata meis:

Dicturus itaq; Costidis parthenices amplissima precōia
vnde potissimū exordiū sumā nescio Si enim ad patrium
solū (q̄d plerūq; ortus n̄ros clariores reddit & famā pul-
chri noīs auget) respexero nulla p̄fecto terra sub his sem-
piternis ignibus quas stellas appellamus foelicioꝝ nobi-
lior feracior (si scriptoribus credendū est) reperiri potest
Alexandria urbe quondā florentissima & Ch̄ro deditissi-
ma ab Alexādro Magno ad Nili hostiū: Solino teste: Di-
nocrate architecto cōdita Ferunt vrbis huius agros nō
cœli pluuiā sed Nili inundatione foecūdos esse ubi priscis
tpibus ob loci oportūitatē omniū artiū emporiū rerūq;
omniū mercatura fuit Hanc urbem ante anni spatiū Bar-
tholomeus Stenus Musarū antistes historię testimonio
ita ornauit ut nihil uel dici uel addi possit q̄d nō dictum
sit luculentissime Sed si genus pudicitia mores & inge-
nuas animi dotes cōsiderauimus Catharina omniū do-
tatissima fuit Quid em̄ Ptolomeorū (qui multos nume-
rant proauos) nobilius stēmate esse pōt vnde Catharina

Solinus

Bartho:
Stenus

A iii

Lagus uel ut aliis placet a Lago fortissimo Alexandri copiarum
 Imperatore originem traxit / cui Alexander ob uirtutem
 Egipti habenas moderandas comisit Sit utriusq; ortu ex
Costus omni parte clarissima est Costu uiru nobilissimu parente
 fortita qui et si egipti scepra non tenuerit falces tm titu /
 losq; regios / Lago sanguine / per longa successione ven
 dicasse existimo Aiunt quide Augustu uicto Anthonio
Antho: & mortua Cleopatra regias opes Ptolomeor & Romam
Cleopatro duxisse Regiu tm nome ut dixim⁹: in hac Lagi domoclar
 ssima usq; ad Costi tpa remansisse no dubito ut hac nostra
 tepestate plures reges regni titulos uendicant qd tamen
 scepro & imperio alt erius paret. Hic Costus filiam Ca /
 tharinā a primis vnguibus (ut aiunt) in polioribus elo
 quentia studiis & phiā hūana doctissimis uiris erudien
 dam tradidit Sancta uero Virgo post parentis morte tm
 studioru pgressum fecit ut no puella & sed et phō & oim
 princeps haberet Ex qua demū phiā numen diuinū de /
 prehēdit a quo sydereus globus / elemēta hęc / animātia
 cūcta & mortales omis originē sumplissent quem cum
 Chrm humanæ naturæ reparatore agnouit sacris vndis
 a sorde agnati criminis abluit & Chrm omniu reru opifi
 cem credidit Cercopitecū Simeas caudatas & reliquū id
 portentor & genus deos saluatores esse negauit Iouē Cre
 tensē no deor & parentem sed hominem spurcū / Vene /
 rem fornicis prefectam / non celi numen reliquaq; Idola
 hominū somnia esse dixit & plutonis Persyphonesq; in /
 uēta Melciade itaq; diui Petri sedem & Christi vicariatū
 tenente anno Virginei partus decimo supra trecesimum
 Maxentius christiani nois hostis: oim hoim pditissim⁹:
 & magicæ artis (qua demonas ob puella & supra uoca /
Magistra bat) appetentissimus Alexādiam concessit Siue uero is
p⁹ Oriētis procurator Augustalis siue Comes oriētis: siue iurisdic⁹
 Alexandria: quos magistratus sacratissimæ leges: florēte
 imperio ea in orbis parte constituerunt Siue Maximiani
 parentis collega fuerit: siue diui Cōstantini christiani no
 minis studiosi picipis arma fugerit scelestissim⁹ homo:
 hic taceo / ne historiam peregrinam rexere uidear Satis ē
 nouisse immanissimam hanc beluam aut propria autho

4
ritate aut Cesaris iussu Alexandriam uenisse ubi ut sup/
sticiosi populi auram quereret & vulgus pacatius redde
ret sacra portentis Egipciacis instituit Homines christiani
cum iumentis celi: uictime in deorum aris cremantur tem
plum totum Christiano sanguine rubebat Qd ubi vulgi
rumore i Catharine aures deferreret Ipsa impaciens more
miserata christianorum fortunam

Ocius ad templum famulis parat ire uocatis

Bap: Man:

Cum delubra subit lucent ardoribus are

Mugitu caua tecta sonant strepit undiq; murmur

Plebis & astantu / solio Maxentius alto

Gestit / & elato turbam circūspicit ore Cui inquit Virgo

Me tibi Maxenti solita preferre salutem

Admonuit regalis apex summ usq; paterne

Maiestatis honos pietas uiolata repugnat

Nam colis hec simulachra deo peritura relicto

Qui tibi solus opes tantas Romanaq; patri

Regna dedit

Desine Maxenti superos offendere tanta

Impietate scelus Rex o Romane qd audes

Supplicii dignum eternis Resipisce queso ne deum

celi in te deosq; tuos tanti sceleris ultore scencias qui tar/
ditatem uindictę grauitate cōpensat Dum hæc & alia po

rauerit Virgo & formam & eloquentiam miratus foemine

quæ sit & unde rogat Cesar / demū uinctā tanq̄ maiesta/
tis ream in palatii penetralia duci iubet & scelerata mēte

agit Virginis pudore & consortis nupte temerare thorū.

Actis itaq; sacris sacrilegiis ne dicam iubet Lubricus Ti/
rannus captam adduci puellam supra hominis formam

pulcherrimā cuius cum contēplatur roseos vultus depe

rire hanc cepit Agitat precordia Venus & cecus puer li/
bidinis telo petulantis Tyranni lumbos pcussit Sed sanc

tissima Parthenice / Proxeneta Virgie matre Christo: spō

sa dicata / auri anulō quem ut ferunt sacre historie post

fata in monumēto diuini amoris pignus retinuit Et fide

data nouo spōso pudicitie authori a Maxentio temerari

non potuit / O felix matrimoniū quo deus immortalis

impassibilis incomprehensibilis mortali creature spōsus

designatur. O felices nuptie ubi rerum omnium opifex
æterni patris filius æternitatis Nectar & felicitatis Am/
brosiam dorem constituit O fausta sponsalia ubi Virgo &
mater/nutrix & filia/patri & filio sponsam conciliauit Et si
tanto sponso digna sponsa esse non possit Catharina tñ
dignior: elegatior: & in amore costancior facile inueniri
non potuisset. Hæc est em̄ illa sponsa quæ fidem uirgini/
tatis sponso dicatā pulcherrimū thesaurū reputabat Hec
est sponsa quæ sponsi amore mortem in malis nō duxit.
Hec est demū illa que mortē non gloriosam sed fortiter
mori gloriosum existimabat & ineptias aniles/miserum
esse ante tēpus mori sed optabiliter iter illā mortis spōsi
gratia inire nō formidauit quo confecto nulla reliqua cu
ra: nulla sollicitudo timenda: sed om̄is felicitatis uolup/
tas expectanda esset Sed dicet forte quispiā sacras histo
rias multa milia martirum referre qui etiam quia Chr̄m
creaturarū artificem crediderunt passi/ Nulla tñ tormen
torū seuericia uinci poterāt Imprimis Laurentius leuitarū
monarcha qui ut martirii laurum mereret fortissime pas
susest/ & ita quidē passus ut mortaliū nullus durius pati
potuisset Vera quidē hæc Sed Laurentius vir fortissimus
uirile robur preferēs Catharina uero delicatissima puell
lula fuit quā immanibus tormentis superatā mirum nō
esset Nolo dicere plura in hanc sniam ne oratio nostra in
uolumen crescat Sed nonne tpe Veteris instrumenti (quod
solum legis nostræ imago & simulachrū quoddam fuit)
Iob patientiæ speculum mille cladibus nō mō corporeis
uerū etiā rerū familiarū locupletissimæ affectus omniū
patientissimus fuit. Paucis respōdeo Iob ille quidem (ut
aiunt) mortaliū patientissimus stygiis uexatus manib⁹:
eumenidūq; turbis obrutus/nullo miseriarū impetu eo:
ut deos impietatis iniusticiæ iniurieq; imularet: pducī
potuit. At uero tam immanes cruciatus horrendissimis
penarū machinis (que eum nisi deos abnegaret discerpe
rent) nunq̄ ut Catharina puellula delicatissima sibi ante
oculos paratos uidit Forte: preter iniuriā sanctissimi viri
dicere uelim/si propulsandarū penarū/recuperande ex
tinctæ sobolis/abactōꝝ pecorū/palaciorū cōbustorum/

5

rerumq; familiarū pditarū spem quispiam dedisset non
 solū paciētiā sed deos quoq; & om̄ia quæ cœlos pollicē
 tur reiecisset Forte inquā ne Crēticus aliquis me temeri
 tatis accuset Sed iterū Abrahā ille multarū gentiū pater
 & vir dei multis in rebus fortissimus fuit Verū quidē Ar
 dia Virgo fortissimo fortior Abraham sua dimisit & Ca
 tharina sponsi amore omnē rerum luxuriā / oēs mūdi
 delicias / omnē deniq; rem familiarem & quidē locuple
 tissimā regio fastu ornatā vltro in man⁹ pauperū & opis
 egentū largita est Abrahā filiū vnicū ad unius uocis im
 periū hostiam deo statuit / Focum & aras instruit / filiū
 victimā ad ignem parat & gladiū pcussorē eximit ut filii
 guttura feriat Sed uocem audit angeli phibentis ne insti
 tutū pficiat Catharina uero nō filiū / sed seipsam cōiugis
 amore holocaustū offerens carnificibus in tormētis blā
 ditur & sponsi numina predicare nō desinit Abrahā quia
 obtemperauit filiū incolumē recipit Catharina in tormē
 tis pseuerans moritur & in deliciarū hortum suscipitur /
 Demū posset iterū quispiā dicere quid clamas vir bone
 Catharinā sponsi amore om̄ia passam Nonne plures ca
 stissime matrone que etsi Christum sponsum nō nouere
 cū maritis tamen nihil numinis hntib⁹ gloriosum mori
 crediderunt Imprimis Porcia Cathonis Vticēsis filia / &
 Bruti cōiuratoris in caput Cesareū cōiunx dū Augustū
 uictoria potitū & consortem Brutū sibi gladio proprio
 mortem cōsciuisse intelligeret / viduati thalami ptesaccū
 omē ferrū negare dignē & tedas gule immisit ut p̄cordia
 vrerētur ne ipsa marito exticō sola supstes esset ut Mar
 cialis elegantissime canit his uersiculis.

Coniugis audisset fatū cum Porcia Brutī

Et subtracta sibi quereret arma dolor

Nondū scitis ait mortem non posse negari

Crediderim satis hoc uos docuisse patrem

Dixit & ardentes auīdo bibit ore fauillas

Inunc & ferrum turba molesta nega.

Euadne dum funus mariti e castris Thebanis duceretur Euadne
 in flagrantem cadaueris rogū sese precipitē dedit Iulia Iulia
 Pompei Magni vxor dū vestē mariti in sacrificiis victime

Marcialis

Euadne
 Iulia

-erore casu infectam uideret anteq̄ rei causam intellige/
 ret pre timore abortiuit & subito cū foetu moritur Cleo/
Cleopatra patra Regina (quis inter castas innumerāda nō ueniat)
 cū Anthonii adulteri cineribus se uiuam sarcophago in
Paulina cludi passa est Paulina innocentissimi phi Senecæ con/
 fors dū p̄ Neronē immanissimā beluā ingratiūdinis p̄fu
 giū marito mors decreta esset Ipsa etiā lectis uenis cum
 Seneca idē mortis genus pati gloriosū putabat / sed phi
 bita perpetui palloris testimonio p̄pter fufum sanguinē
 mariti amores ostendit & mille id exemplorū genus in
 promptu est Fateor quidē audax mulierū facinus sed ze
 lotipe (quia maritos uoluptatib⁹ carebāt) primo impetu
 mortue sunt Nostra uero diua sponsi amore quē immor
 talem & de mortis imperiis triumphasse / regem regum
 celorū terrarūq; satorem sciuit / nō modo momentaneā
 mortē / sed durissima quoq; fata longis cruciatibus passa
 est ut Christi vultū quem finem beatitudinis credidit) in
Augusti:] celis cōtemplaretur Noluit em̄ propria perire manu sed
 percutienti pro Christo colla porrigere Non quidem ue
xxiii. q. v. c. neramur martirum nomine qui sibi guttura ligarunt ca/
cū dixisti non dicit . Possent multa præterea de castitate obiici de
 ea ergo paulū differamus Fateor quidē nihil unq̄ castius
 fuisse matrōis Cymbriacis quæ toti Germaniæ sunt or/
Matronæ namento / ille em̄ ut supra militum Romanorum (post
Cymbriace trucidatos a Mario cōiuges) fugerent iugulatis infantib⁹
Lucretia, bus fune uitam suffocarunt. Lucretia Collatini uxor
 castitatis ornāmētū a Tarquino uim passa gladio pector
Daphne ra fodit sed nihil hee ad nostrā. Daphne etiā dū Phœbi
 incestū fugeret deorū miseratione in laurū transformata
 ferē. Costis uero nra libidini Maxēcii fortissime resistēs
 nec in laurū pirūue aut frutices ullius miseratione uersa ē
 ut fabule de Daphne menciunt Sed carnificū & p̄cussorū
 gymnasium facta nec blandiciis nec metu pollui uoluit.
 Pudicitia em̄ tanto in precio habuit ut ipsam simul cum
 spiritu mundissimā ante sponsi soliū in celis collocaret /
Ci: li. f. de le: Et pulchre quidē non em̄ (Ambrosio teste) casta esse pōt
 que metu cogitur nec hōesta q̄ questu cōducitur / Metu
 inquā aut infamiæ aut penæ Quid em̄ Cicero dicit pos

6
sumus eos / qui a stupro infamiae metu se cohibent pudicos dicere cum ipsa infamia propter rei turpitudinem consequatur. Et quid laudari aut vituperari potest si ab eo aliquis recesserit quod aut laudandum aut vituperandum est unde eleganter Naso cecinit

Si qua metu dempto casta est ea denique casta est

Ovidius

Nec custodiri nisi uelit illa potest Sed Rara avis hec nigroque simillima cygno. Magna profecto uirtus est uirginem in carne natam praeter carnem uiuere secum assidue bella gerere / & hostem inclusum centum argi oculis obseruare Vult itaque Phocylides graecus ille doctissimus Virginem ut custodias bene clausis ianuis Neque ipsam usque ad nuptias ante fores conspici permittas Pulchritudo quidem difficilis custoditu est filiarum a parentibus Quid enim castitate clarius / quid pulchrius quid preciosius denique esse potest que de immundo mundum de hoste domesticum hominem demum angelum facit Hanc castitatem Paulus Silenciarus ornatissimum thesaurum dicit quam non modo integra carne Verumetiam integerrima mente & humili custodiri oportet Salubrius enim est humile conubium quam superba uirginitas Econtra si uirginitati humilitas comes est nihil diis acceptius & non potest omnibus hominibus non esse gratissima Catullo teste his versiculis elegantissimis

Phocylides

Bernhar:

Paulus Si:

Vt flos in septis secretus nascitur hortis

Catullus

Ignotus pecori nullo contusus aratro

Quem mulcent aure / firmat sol: educat imber

Multi illum pueri multe optauere puella

Idem cum tenui carptus defloruit ungue

Nulli illum pueri nulle optauere puella

Sic uirgo dum casta manet pro chara suis / sed

Cum castum amisit polluto corpore florem

Nec pueris hec chara manet nec chara puellis.

Non possum hic tacere diuini Bonifacii testimonio ad Echelbaldum Britanniae Regem hominem adulterum antiquorum Saxonum dum Idolorum cultu adhuc uexarentur castitatis obseruanciam apud quos: inquit Bonifacius Virgines cor /

Bonifacius

rupte & nupte adultere / aut parentū aut maritorū manū
b⁹ iugulate cremant & pudicitie temerator supra cineres
in furcam suspenditur Aut castæ matronæ virgis miserrī
mā cedentes stimulisq; pūgentes de pago in pagum agi
tāt ubi semper nouæ occurrant tortrices donec adulterā
amittat uitam Ecce fili charissime: qui in sceno adulterii
suales: gentis q̄ trinitatis numē nō adorat sanctissimos
castitatis mores quid tibi homini christiano faciundum
sit facile intelliges Sed quia hī mores apud nostrates iam
in desuetudinem aboleuerunt & puellæ nre faciliores in
Venerem sunt q̄ eo tempore fuerunt

Quidius

O salue virginei flos intemerate pudoris
Nulla reparabilis arte.

Sit igitur virginis sermo (ut redeā unde digressus sum)
prudens: modestus: rarus: nō tam eloquentia ornatus q̄
uerecūdiæ plenus / oēs Virgine tacente eius mirent uere
cundiā & ea loquente sapienciā cū pudore obstupescāt /
Quæ omīa Maxentius summa admiratiōe in Catharina
obstupuit ut ne quidē ea loquente hircere auderet Verū
etiā impudico oculo eam ob vultus pudorem intueri ve
rereſ Attamen spurcus Tirannus p̄ diu & pernox (quonā
pacto diua Virgine potiretur) cogitat Hanc somniabat
hanc uigilabat hanc bibebat hanc prandebat / hanc inter
feras uenebatur. hanc inter magica carmina (quorū studio
sissim⁹ erat exercebat . hanc demū inter imperii altas cu
ras mente agitabat Vnde quā blandiciis tormentisue ad
libidinem & superstitionē trahere nō potuit Sophorum
prudencia superandā duxit Missi igitur Oratores Cesa
ris per totam passim Graciā Egiptum vrbesq; omēs ubi
sophi rerum admirabiliū experti legerentur qui teneram
quādam puellam Cesaris ad uota edocerent ut Ioui Ca
pitolino & diis reliquis thura daret Cesaris demum con
nubia amplecteretur dicendi uehemētia inducerent Sed
ignorauit seuissimus Tirannus Catharinam eo doctore
formatam a quo omīs eloquentia & sapientia ceu fonte
perenni profluit Illa inquā diuina sapientia que si oculis
humanis cerni posset mirabiles sui excitaret amores Cū
aūteo (ubi virgo cū phīs altercaretur) ventum esset / sola

vultus maiestate territi non dubitabant eam aut diuam
aut nympharū sanguis unā esse dū uero orare inciperet
De æternitate de mūdi creatione. de paradiso deliciarū :
de primi hoīs lapsu. de Christi sponsi hūanæ naturæ sal/
uatoris natiuitate admirabili De religionis nostræ inte/
gritate De mortuorū resurrectione ut cū Christo ī carne
cœlos possiderēt / Aliisq; articulis qui fidei nostræ robur
prebent mox cognouerūt Virginis os nō hominē aut hu/
mani aliquid sed numē diuinū sonare / cui per phīam hu/
manā resisti facile nō posse sibi persuadebant. Postremo
Costidi uictoriæ palmam dantes Christi milites facti in
rogūq; Tiranni imperio proiecti fœlices umbras Catha/
rinæ sponso reddentes sempiterno p̄fruuntur euo O elo/
quentiā diuinā O oratricem uehementissimā O persua/
dendi suauitatem incomparabilē quæ tocius orbis Sapien/
tū anīas Christo lucrata est / Vos oratores qui orationis
splendorem uerborūq; phaleras amatis sit uobis exēplo
diua nostra quæ nō modo ut apte distincte & ornate di/
ceret magnopere contendit Verū etiā uerborū uis fructū
faceret ī rep. christiana quā ipsa uictis oratorib⁹ ita auxit
ut Maxencii aula pene militibus orba uideret & Araba
Tiranni vxor supsticiosam mariti religionē contemnens
vltro carnifici ceruicem porrexit ut in Catharinæ nupciis
ardenti lampade Christo sponso obuiā iret . Hæc est illa
eloquentia quā Demetrius Phalareus nō minus in rep :
q̄ ferrum in bello ualere dixit Hanc exercete hanc excolite
hanc docete scholasticos uestros ut cum uirgine oratrice
gloriæ laurū mereamini Sed ne longius digrediar Inte/
rea hæc dum aguntur uexatur Venere Maxencius / inter
spem timoremq; molestas ducens moras Cepit fingere
Persephone suggerente vastos rotarum orbes ferro fre/
quentissimo & contrario motu currentes Nouum qui/
dem & horrendissimū penarum genus quo Catharinæ
animū absterret Que feralis machina dum medio the/
atro in aera eleuaretur nō modo Catharinæ sed etiā astā/
tibus cunctis horribilis uisu fuit ob rostratos gladios in
rotis ipsis paruo discrimine segregatos qui tenerrimos
virginis artus discerperent Orat Virgo sponsum Christū

Demetri⁹

B

& diuos om̄is percuciant fulmine machinam immanissi-
 m̄ā ut Tirānus crudelissimus uirtutem agnoscat diuinā
 intabescatq; relicta Vix ea fata ecce umbrosus aer ceca nu-
 be immurmurat / & fulmen maximo tonitru orbes ipsos
 cū multis milibus hoīm frusticulatim cōtruit O Tirāni
 crudelitas O belue cecitas o Cesaris atrocissimi duricies
 quo authore tot millia animarū i stygias paludes & Plu-
 tonis tenebras prodolor adaeta sunt Vrbs tota maximo
 merore pditorū ciuū casum lugebat Et Tyrannus quid-
 nam cum sancta uirgine agendū esset nutabat quā triue-
 nef. cā & polypharmacā cōlos & aera carminib⁹ mouisse
 suspicabatur & tantā hoīm cedem suscitasse Sed en Max-
 enciū iam atra bile tumentē noua sollicitudo & quidem
 omniū maxima ue xare cepit Nam Porphirus illud mi-
 licia decus & Martis honos & milites sacro gurgite re-
 nati Ioue & penatibus Romanis reiectis Christi numen
 adorarunt quos Cesar ut uno dicā uerbo ultore ferro p-
 cuti iussit O Catharina specimen pudoris & castitatis iu-
 bar que Porphiriū cū bellatoribus fortissimis non armis
 sed sancta phia in sanctā sniam traxisti Quæ inquā nec
 Tyrāni blādiciis nec rocius orbis questu (nā te Cesar mū-
 di dñs vxorē uoluit) flecti nec demū crudelibus rotarum
 orbibus terreri potuisti ut Chrm sponsum abnegares &
 promissam uirginitatis fidem pollueres / nil potuit ceci-
 pueri telū aduersū te ut Maxencii libidini te deperientis
 cōsentires. Vos uirgines ætatis nostræ quæ absq; magno
 questu prone in libidinē estis & uicio impudicitia mol-
 lescitis / respiciatis hoc pudicitie dec⁹ : ne uersa lampada
 & fuso oleo Catharinæ sponsum in Cupidineis tenebris
 pdatis Sed ut redeā ad institutū nrm Truncatis Porphi-
 rio & Araba pcussisq; rotis nō desinit Maxencius sollici-
 tare uirginis pudorē ut tñ intelligeret omnē complendæ
 libidinis spem ademptā esse Cū Elissa apud Verg: sanctis-
 simæ castitati & intemerato podori in hec iurauit uerba
 Catharina.

Verg: iiii.
 ænei: i

Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat
 Vel pater oipotens adigat me fulmine ad umbras
 Pallentes umbras herebi uoetemq; profundam
 Ante pudor q̄ te uiolem aut sua iura resoluam

Non em̄ esset cōsentaneū truculentissime Tyrāne: tibi lo
quor Maxenti: me p̄ditissimi & lubrici hoīs uinci uolup
tate quæ semp̄ inuictū animū in mille discriminib⁹ gessi
Et quia metu tormentisq; me frangere nō potuisti mul
tomin⁹ tuorū imperiorū cupiditate: glorie amplitudine:
pecuniarū demū multitudine: me franges homo scelestis
sime / Esset p̄fecto angusti & parui animi amare diuicias
Sequi gloriæ ambitionē quæ animi libertatē eripiunt &
immarcessibiles sp̄s mei Iesu ch̄ri contēnere opes quæ
mihi a n̄q̄ cōfusus cahos formā acciperet ab æterno pa
ratae sunt. Noli itaq; tibi p̄suadere Maxenti me tua expe
tere imperia fortunaq; tuas optare: & clara noīa sceptri
tui expectare que oīa parua ducō Dū Christus uitæ n̄ræ
creator & spon̄sus suauissimus mihi in mentē subit / pro
cuius amore ea ferenda gloriosū putauī quæ p̄ hoīm ani
mos ingeniaq; excogitari possūt durissima etiā. His au
ditis Maxencius semimortuus expalluit & uict⁹ occum
bit O uictricem gloriosam Taceāt prisca illi quirites Pom
pei Iulii Decii Fabii ceteriq; bellicæ gloriæ cupidi qui sibi
ob uarias uictorias blādiunt Vadant cubitum fortissimi
bellatores qui multo milite & copiis instructissimis de
hoste. lauro cincti: trophea duxerunt Quā nostra queso
meruit laurū Catharina inermis. fragilis sexu: ætate im
perfecta Maximo tamen Cesari qui vastum sceptro pre
mebat orbem omne fortitudinis robur / omniū uiriū co
natus / omne deniq; penarū stratagema sola animi forti
tudine adimere potuit. Hæc est illa fortitudo quā philo
sophi rerum perferendarū scientiā & affectionem animi
nihil timentem in paciēdo dixerunt. Hæc est fortitudo
quam Stoici desinentes uirtutem pro æquitate pugnan
tem asseruere. Hæc est fortitudo quæ Catharinā ita ani
mauit ne inter pericula: cruciatus: & terrores a iusticiæ
tramite aberraret Hæc demū timendorum cōtemptrix
est q̄ terribilia sub iugū libertatē nostrā mittēcia despicit
cui⁹ comites sunt Fidencia Paciēcia. Perseuerācia. Fidē
cia prima comitū per quā Catharinæ anīus multū i se fi
ducia cū certa spe future gloriæ & felicitatis collocauit.

Apostro
phe

Exclama
cio

Fortitudo

Aristote:

Plato

Seneca

Fidencia

Bii

Pacientia Pacientia secunda comes fortitudinis est: per quā beati/
Perseuerā tudinis causa res arduas difficileſq; & mille cruciatus ī/
cia uicto anio passa est sancta Virgo. Perseueranciā terciā
Plato (quā stabilem & pperuā in uirtute pmanſionē aiunt) ita
 diua virgo cōplexa ē ut nequaquā ab ea auelli potuerit. At
 Plato eos laudari par esse qui pro salute uiuentiū offerre
 se morti nō dubitarunt. Catharina nra in sponsi fide pse/
 uerantissima ut multos uiuentes ad aliā uitā omniū iu/
 cūdiſsimā pduceret / morti se deuouit & omnē Maxēcii
 crudelitātē superauit. O inauditā uictoriā O uicti hostis
 sūmū dedecus O immanissimi Cesaris cōfusū imperiū.
 Scande triumphales O virgo Marcia currus
 Nam te uictricem clara trophea manent
 En miser occumbit positus Maxencius armis
 Estq; cruentatus: bestia uincta: manus
 Collige uictrices innupta catherua coronas
 Ecce triumphatrix Marcia Costis adest
 Ipsa triumphatrix magni quā Cesaris ira
 Vincere non potuit carnificesq; truces
 Orna daphneis: uictricia tempora: ramis
 Namq; iacent seui: signa cruenta: ducis
 Victus itaq; Maxencius rubore perfusus: omī spe Vene/
 ris posita / cum nec p̄cibus nec blanditiis nec verberibus
 demū puellā flectere. Nec homo scelestus aliud uindictē
 genus excogitare potuerit. Iubet Virginē a lictore. Necra
 polim ense percutiendā duci ut demū miserrima sollici/
 tudine leuaretur. O scel⁹ hoīm diemq; funestā O pditissi
 mū Cesaris animū O truculentū Tiranni imperiū quod
 Catharinā omīs pudicitiae ornamentū & pulchritudinis
 normā pdere nō timuit: cuius innocentissimis fatis tota
 poli moles Terra ignis pontus: & æther lachrimas dabāt
 Apollo iugales ne igneū ducerent currū phibuit Phœbe
 lucida cornua subtraxit. Cece tenebre syderū fulgorē ob/
 umbrarunt. Elementa seruimīna terris negarunt. Neptū/
 nus Nili fluctus tridenti quaciens agros omnis turbauit.
 Cūcta demū creata virginis in morte merore afficiebant.
Solon Sed ipsa Solonis snīam sempiterna mēoria dignā altissi/
 ma mente agitans: qui neminē dū in uita esset beatū di/

9
cere uolebat eo q̄ ad ultimū fati usq; diem ancipiti fortu-
ne & miseris subiecti essemus: summa expectatiōe opti-
mū pulcherrimū & delectabilissimū Fœlicitatem scilicet
(quā in sola sponsi regia esse sciuit) appetebat Qua autē
usa sit oratione / qua uerborū dulcedine / qua dicendi sua
uitate (anteq̄ lic̄tor cruentū ensem in ictum extenderet)
absq; lachrymis dici nō posset Suspiciens celos & sponsi
soliū vnde se plapsam & eo post hanc uitæ umbrā redire
posse nō dubitauit / extensis palmis ad sydera ita sponsū
cōpellauit. O Iesu æterni patris & virginis fili O Christe
sponse delicatissime qui mihi in tormentis deliciū fuisti
& me tuā facturā abiectissimā : spōsam appellare nō de-
dignatus es O sponse suauissime qui corpusculum hoc
mox cadauer futurū intemeratū oī veneris labe uoluisti
Ago tibi grates q̄ maximas & maiores tibi debere fateor
Scio quidē nihil grato aīo honestius esse & ingratiudie
nihil turpius q̄ hostis gracie & salutis inimica est / tibi ni-
hil molestius esse pōt solo ingratiudinis uicio Malo igi-
tur impares etiam agere grates q̄ penitus ingrata uideri
Tu em̄ dulcissime Iesu das stygios manes Erynnides Per-
sephonen & cuncta Plutonis imperia superare Tu facis
ut uictus iaceat Maxencius Tu me tam uario uexatā di-
scrimine post acerbissimos casus in regnū tuū uocas ut
triūpho pociar & tecū gloriæ sceptrū reneam Da postre-
mo queso faciles animi ad te regressus & hanc nr̄am ac-
cipe mentem que semper summā putabat esse phiam / te
amare Quibus dictis iubet fortissima virgo lic̄torem pfi-
cere offitiū qui mox caput a trunco auulsit Sed lingua re-
scisis neruis Iesum & sponsum & saluatorē sonabat Lac-
niueū p̄ cruore manauit e neruis sanctissimis Lic̄tor ue-
ro cū cōplicibus ob intemperies in Catharinæ morte or-
tas arrepta fuga uix in urbem absq; discrimine repedarūt
Sed paulo post uisa est lactea nubes suauissimo cōcentu
in celos usq; conscendisse in qua obuiis et aiunt manib⁹
Parthenice Christi mater nurum nouā in sponsi filii tha-
lamū suscepisse creditur & coronā candenti lilio rubraq;
rosa contextam uictrici capiti imposuisse; ut ostenderet
eam gemino Marte cōcertasse & imortali honore dignā

Aristoteles

Seneca

Bern:

B iii

Ci: x. li: epis: qui non est inuitamentū ad tempus sed sempiternae vir/
 tutis praeмиū ad quod semp dū fugacē ageret uitā cōren
Macrobius debat Et hāc pfecta sapiencia est pfecto: ut unde orti si/
 mus & ex quo fonte uenerimus recognoscām⁹ / & facile
 omnē uiciōꝝ sordem uitabimus exemplo diuā nr̄ae que
 animū celestē ex altissimo domicilio depressum & quasi
 demersū ī corpis molē credidit / Ut rursus cœli fulgencia
Plato templa subiret Ad hoc em̄ anius coniunctus est corpori
 ut uirtutib⁹ scienciisq; locupletissimus & phīa sancta pur
 gatus: post corpus extinctum in beatorum insulas absq;
 ullo incōmodo proficiscatur & summa in beatitudine ui
 uat E contra si uiciis sordescit in atrocissima demergitur
 supplicia quem tartarum dicunt Summo itaq; studio co
 nandū est ut uiuendi sanctitate excellamus & sine labore
Plato in li: in sempiternū uiuamus. pulcherrimasq; habitationes cō
 de anima sequamur quas nec uerbis: inquit Plato: exprimere pos/
 sibile nec si possem tēpus sufficeret Igitur Cyrus ille mo
Xenophon riens apud Xenophontem se fœlicē putabit cū se uixisse
 nō peniteret quin ita inquit vixi ut frustra me natum nō
 existimem / & ex uita ista discedo tanq̄ hospitio / cōmo/
 randi em̄ natura diuersoriū nobis non habitandi dedit /
 O preclarum diem cum in illud animarū conciliū cetūq;
 proficiscar & ex hac turba colluuiōneq; discedam Si tāta
 spes salutis fœlicitatisq; fuit homini qui Christi numina
 ignorauit quo credamus affectā Catharinam desiderio
 ut a uinculis corporis qđ animæ carcer est liberaretur /
 Demum postq̄ a corpore excesserit ad celum & sponsi re
 giam reditus pareret: ubi iam nō simulachro quodā sed
 uera sponsi facie omnis salutis sine nullaq; temporū ue/
 rustate senescere perfruitur / Corpus uero sanctissimū
 ut dicendi finem faciam in montem Synā perfertur / ubi
 sub angelorū excubiis per trecentos fere annos: ut aiūt:
 conqueuit donec a sanctissimo quodā Abbate fatis uo/
 lentibus Sarcophago ex albo marmore secto impositum
 in monasteriū ab inuictissimo Iustiniano legū cōditore
 conditū collocaretur In quo hodierno die & sanctissimū
 caput & manus sanctissimæ a peregrinis uisuntur O lo /

70
cum beatū quo Mosi gregem pascenti om̄is iusticiæ pa-
rens deus ipse decem tabularū leges (quæ religionis nr̄e
semina sunt) edidit. Hoc igitur loco ubi creaturarū arti-
fex salutē dedit voluit filii sponfam a mortalibus cunctis
venerari per Sarracenos etiā & reliquum id barbarorum
vulgus /saluantis crucis inimicū qđ ut aiunt audito Ca-
tharinæ nomine flexo poplite nomen sanctū tremendū
numen adorat Quid faciemus ergo qui Christū ducem
sequimur Inprimis qui ueram philosophiā (cuius Catha-
rina uberrimus fons est) amplectimur Quibus nam lau-
dibus quibus uirtutū preconis quibus deniq; cultibus
diuā nostrā prosequemur /summ̄is credo O philosophi
& oratores huiusdiue diem natali solenniorem agite O
ingenui adolescentes qui lr̄is & phiæ operam nauatis &
frugem studiosꝝ sectamini /mittite Symposia /mittite cō-
uiuia Mittite postremo illecebras cunctas hoc die cele-
berrimo ut remp: Christianā (Catharina authore) locu-
pleciore qñq; reddatis Demū victoriæ laurum quā nulla
rodit caries & triumphī coronā quā nulla tēporū secula
cōsumūt in Elysio beatorꝝ a Catharinæ spōso recipiatis.

DIXI.


Impressum Vuittenbergæ per Ioannem
Gronenberg. Anno dñi, M. D. X.

OTHONIS BECKMAN Vuartbergii
Ad diuam Catharinam Eulogium.

Salve virginei: decus immortale: pudoris
Inter Niliacos: fama suprema: choros.
Frangere non potuit Magni te Cefaris ira
Ut ferres falsis: fumida thura: deis
Tu tenera innumeros vicisti virgo Sophistas
Atq; oratores te stupuere viri
Ex casto fluxit gremio veneranda sororū
Turba: senes septem quas docuere Sophi
Diceris hinc nostre dea tutrix: virgo: palestræ
Tu faciles: nobis reddis amica: deos
Hanc iuuenes hortor certatim supplice voto
Pulsate atq; focis nunc date thura sacris
Hostia maeterur puro de pectore: dulces
Et Cythara & plectris ludite queso sonos
Ingenii vires donat Catharina scatentes
Efficat illustres religione viros.

τελος.





ORATIO ABBYSTRY OTIMONIS
Beckman Quartbergij ad patres cōscriptos et pubē Aca-
demie Vnttenbergensis in laudes sanctissime Parthenice
Catharine socius rei litterarie deę Tutelarıs : Habita
XX iij. Nouembris. Anno M. D. X.

AD LECTOREM Distichon.
Costidis en duras lector cognoscere pugnas
Si velit hoc nostrū sepe reuoluat opus.



Handwritten signature or text at the bottom of the page, possibly 'Ant. Camillo Wirsach'.

